Obremski Zamoyskie Coniuges Quietat.

1924

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Joannes Casimirus Obrembski ad praesens Subdapifer Parnaviensis, sanus mente et corpore existens a Foris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi
1334 Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, seseque successoribus actionis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac personaliter praesentibus recognovit. Quia ipse Generosos Stanislaum Casimirum Zamoyski, et Catherinam Constantiam Rowdzianka Coniuges legitimos eorumque posteros, de Inscriptione Castrensi Capitaneali Crasnostaviensi sibi Recognoscenti per eosdem Generosos Zamoyskie Coniuges, super summam Duorum Millium Florenorum Polonicalium, modo simplicis debiti Coram Actis ijsdem Castrensibus Crasnostaviensibus Feria secunda post Festum Sancti Mathaei Apostoli et Evangelistae proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo proxime praeterito facta et recognita, nec non de summa eadem ipsa Duorum Millium Florenorum Polonicalium, ob praedictam sibi Recognoscenti per eosdem Generosos Zamoyskie Coniuges, summae praefatae Duorum Millium Florenorum Polonicalium realem et plenariam persolutionem et satisfactionem Quietat, omittit dimittit liberosque et absolutos facit et pronunciat, Inscriptionem eandem Castrensem Crasnostaviensem in omnibus illius Conditionibus punctis Clausulis articulis Vadijs, ligamentis ac nexibus generaliter Universis

Cassat

+

Cassat, mortificat et annihilat. Sibi Recognoscenti Suiq[ue] posteris ratione prdmissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

1425

Zamoyski et Obrembski mutuo se Quietant.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis prd:sentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus 1334
Generosi Stanislaus Casimirus Zamoyski Capitaneus Sacrd Regid Maiestatis ab Vna, et Casimirus Obrembski ad prdsens subdapifer Camaviensis parte ab altera sanimentibus, et corporibus existentes a Terris Districtibus Suarum Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo prdsentiq[ue] Iuri Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc se ipsos eorum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem. Suprascriptus Generosus Zamoyski suo et Generosd Catherind Constantid Poiudzianka Consortis sud legitimd pro cuius ratihabitione Cavet, ac se prdsentibus inscribit nomine sese mutuo et invicem, Vna pars alteram cum posteris Vtriusq[ue] partis de Intercisa certa, inter se Recognoscentes prdfatamq[ue] Generosam Zamoyska, ratione obligationis bonorum Villd Worobeiowka, in Palatinatu Braclauiensi, Districtu vero Vinnicensi consistentium et aliarum certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum, de actu et data illius in Krasnystaw die Vigesima Quarta Septembris Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo proxime prdterito